
UC-NRLF
B 3 363 364





The Karl Weinhold Library Presented to the University of California by John D. Spreckels A.D. MDCCCCIII




DE
NOMINIBUS GERMANORUM PROPRIIS
QUAE AD REGNUM REFERUNTUR

OBSERVATIONIS SPECIMEN

SCRIPSIT

GUILELMUS MANNHARDT.



BEROLINI TYPIS SCHADIANIS.
MDCCCLVII.

·oca

PATRI OPTIMO

JACOBO MANNHARDT

PATRUELI DILECTISSIMO

HINRICO MANNHARDT

SACRUM.

Rebus Germanorum contra Romanos fortissime gestis eum Dii Homerum inviderunt, qui orationis copia et ubertate non solum singulorum facinora, sed etiam totius gentis mores et habitum fusius memoriae tradiderit. Sed quid querelis commoremur? Frustra amissum Plinii opus, amissa carmina a Carolo Magno collecta dolemus. Immo vero facto opus est, ut, ex rarissimis auctorum testimoniis proavorum consuetudine revocata, et nostra ipsorum origo patefiat, et remotissima cognatorum populorum historia illustretur. Inter has antiquitatis reliquias minime infimum locum personarum nomina propria obtinent, quippe quae ex ipso ore Germanorum missa sint. Quibus hominum vocabulis universa majorum vita, usus, mores, civitas, quales paullo post Christum natum erant, depinguntur, ut ex eorum explicatione magnum litterae fructum percipere possint. Sed priusquam ad augendam historiae notitiam hisce testimoniis uti possimus, qua ratione nominum vocabula, quibusque legibus formata sint, perspectum esse oportet. Eam quaestionem vel homines, qui non leviter in his studiis versati et de colligendis vocabulis bene meriti sunt, ad hunc diem neglexerunt, quum falsa opinione perducti perspicua significatione carere existimarent nomina. Unde in hunc errorem pervenerint, haud sane difficile est intellectu. Quod de nonnullis observaverant, ad omnia referre non cunctati sunt. Alio autem nominandi modo antiquissimis temporibus, alio posteriori aetate Germani utebantur, ita ut in nomine infantibus imponendo nullam superiores nisi boni ominis rationem ducerent, posteri vero etiam ad multas alias

res respicerent, quibus nisi omnem, tamen manifestam verborum sententiam omittere interdum cogebantur*). Verba deinde ipsa nominibus usitata diuturno usu trita, extenuata et enervata sunt, ut inter se composita, si primam utriusque vocabuli et propriam vim respicias, ineptias sapere videantur, sin recentiorem et derivatam, satis bonam sententiam praebeant. Ut formulae island. *Arnbiörn* theot. *Arnulf,* anglosax. *Earnulf*, quamvis de verbo redditae sanam potestatem habere minime videantur, recte virum fortem, caedis faciendae cupidum declarant, quum e bestiarum sanguinem sitientium, ursi, lupi, aquilae vocabulis compositae sint, quae singula jam non nativa sed translata significatione ad nomina formanda conferebantur. Illa vero antiquiora nomina simplicis et apertae notionis sunt. Sunt enim e vocabulis appellativis progressa, ita ut cum appositis veteri poesi usitatis saepissime conveniant. Quam rem hoc libello nonnullis exemplis comprobare mihi proposui. E magna autem verborum copia ea praecipue et nomina et vocabula eligere et inter se comparare lubet, quae ad regum vitam et mores spectant.

Apud Graecos nomina hominum propria ex appellativis aut adjectivis facta esse, res ipsa indicat. Ut *Ἀκέστης*, *Διογένης*, *Κάκος*, *Νικήτης* e vocabulis ἀκεστής, διογενής, νικητής originem ducunt. Quum autem vocabula universalem vim haberent, quae totius generis quamlibet rem vel hominem appellare possent, aliquantulum mutanda erant, ut ad unam personam significandam valerent. Qua ratione adjectiva ultimam acutam habentia, quando nomina propria fiunt, gravantur; participia in -μενος excidentia e contrario acuuntur. Conferatur εὐμενής *Εὐμένης*, σωζόμενος *Σωζομενός***). Neque alia apud Germanos nominum

*) Cf. Weinhold, Altnord. Leben p. 262 sqq.

**) V. Pott, Personennamen p. 2. Reiz de accentus inclin. p. 116 ed. Wolf.

origo fuit. Quis est, qui neget nomina *Râtwalt* (Râdoald, Râtolt), *Hofawart, Hofaman, Coufman, Kirihman, Holzman, Wîgman* congruere cum verbis island. râðvaldr (Skaldskaparm c. 65) saxon. râdgëbo; sax. hofward Hêlj. 174, 17; theot. hofawart Graff I, 95; theot. hofaman Graff IV; theot. koufman, kirhman, holzman, wîgman Graff II, 741. Formas *Ascman, Tagadeo, Adaldeo, Paradeo* easdem esse, ac ascman (nauta), dagascalh (praebendarius), adalscalh (servus principis), barman barscalh, (colonus liber) fem. bardiu ipse demonstravi*). Quum autem nostra lingua accentu transponendo appellativa a nominibus propriis sejungi minime possent, factum est, ut saepissime eadem his et illis forma remaneret. Nec tamen omnia veteri Germanorum sermoni distinctionis auxilia desunt. Jam in componendo ipso saepissime nominum et vocabulorum distinctio est. Perpauca tantum nomina propria vere simplicia esse (plurima enim hypocorismata e compositis contracta nil nisi speciem simplicium prae se ferunt) Carolus Müllenhoff docuit. In ceteris verbum simplex derivante syllaba auctum aut cum altero vocabulo compositum est. Ad nomina igitur formanda veteres saepissime ea verba compositione conjunxerunt quae in oratione disjuncta sunt. Exempli causa in carmine de Beovulfi rebus gestis composito vir fortis heard under helme i. e. durus sub casside (incedens) appellatur; nomen proprium inde ductum *Helmhart* (Graff IV, 845. 1022) pronunciatur. In proeliis describendis lupus pugnae cupidus canere dicitur: Vulf sang âhôf El. 112 fyrdleôð âgôl *vulf* on valde El. 28 **). Unde nomen Singulf (Mon. Germ. VI, 62) eum significare potest, qui pugnam acclamatione salutare soleat, quum lupus pugnacium imago sit. Ut Sigurðarquiða secunda v. 13 Sigurðus *frekr ûlfr* i. e. lupus urgens; Andr. 149 pugnantes välvulfas caedis lupi appellantur, quibus vocabulis nomina *Freculf* (Frecholf),

*) Zeitschr. f. D. Myth. III, 139 sqq.

**) Cf. Weinhold spicilegium formularum p. 22.

Walolf, *Badulf* (Patolf) anglosax. Beadovulf, *Haduwulf*, alia respondent. Ad aquilarum vel lupi petram (at frekasteini, at arasteini) viri e proelio paullulum requiescentes sedere dicuntur*). Huc referendum esse videtur nomen *Steinolf*.

Aliud autem nominum insigne productum suffixis vocabulum prius est. Quae res etiam in appellativis quamquam rarissima reperitur. Nominis illius *Singulf* formationi simillimum est verbum singetrûd (singetrüdjen) vel sing*el*trûd, quo vocabulo Thietmarsi gryllum appellare soliti sunt**). Ut hic syllaba sing in sing*el* euphonismi causa propagata est, saepissime in nominibus formandis alteri compositionis parti suffixa il (al, ul) vel in (an, un) adjiciuntur. Confer formulas *Badu-n-ulf*, *Hild-en-old*, *Gund-al-perht*, *Gund-al-mâr*. Quod quum in media compositione factum sit, exeuntia etiam vocabula mutantur et extenuantur, ita ut hominum ore trita derivationis syllabam amittant. Ut vivo sermone verba theotisca in-lenti, gi-lenti, ur-lanti incolam, civem, ûz-lenti, ali-lanti sax. elilendi peregrinum, exulem significant (Graff II, 237 sqq.), quibus nomina *Inlant*, Ôsterlant, Theudland, Avilant (cf. Ouwaman), *Elilant* sax. *Eliland*, non Inlandi, Theutlanti, Elilanti respondent***). Neque alio modo appellativum theot. -wîgo, anglos. -vîga miles, pugnator, nomen vero theot. -wîc, wîg, anglosax. -vîga auditur. Conferantur theot. widarwîgo, anglos. äscvîga. Beôv. 2042; lindvîga Beôvulf 2603; randvîga Cädm. exod. 126; gûðvîga cum nominibus theot. *Guntwîc*, *Hiltiwîc*, *Rantowîc*, *Ortwîc* anglos. *Äscvîg* (Kemble cod. diplom. III. p. 283), *Beadwîg* (J. M. Kemble, Stammtafel der Westsachsen p. 11). Quae si quis diligenter examinaverit, nullus dubitabit, quin alia

*) Helgaqu. Hjörvarðssonar v. 39. Helgaqu. Hundîngsb. I, 43. 52; II, 19. 21. Freki unus e mythicis Othini lupis est. Helgaqu. Hundîngsb. II. ed. Munch p. 91: sat (Helgi) undir arasteini.

**) Cf. Müllenhoff, Nordalb. Stud. I, 218 fgg.

***) Septentrionales Germani recte formam -landi (cf. *Vanlandi*) theotiscae -lanto congruentem servarunt.

saepissime vis eidem verbo insit, quum priore compositorum loco legatur, alia quum posteriore.

His praemissis, priusquam propius ad rem accedamus, vetusta nomina boni ominis fuisse monendum est. Quum infantis natura atque indoles non ex oculis, vultu, fronte, pernosci posset, imo vero ex iis quae in homine orta essent paullatim demum educatione et variis vitae casibus mores conformarentur, parentes nomine talem indicare volebant, qualem fieri puerum in votis erat. Feminarum exempla virgines divae (Germanorum meridionalium idîsî, septemtrionalium dîsir, valkyriur) habebantur. Quare ex earum appellatione plurima puellarum nomina sumta sunt *).

Viri autem reges vel principes imitandos sibi proposuerunt, qui omnium virtutum auctores esse viderentur. Quos quum pace, tum bello imitari summa laus erat. „Cum ventum in aciem turpe principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem principis non adaequare“ **). Taciti temporibus in iis gentibus, qui rege carerent, cuique ingenuo gradus ad principatum patebant. Eligebat enim populus e nobilium et liberorum numero eos, qui per pagos vicosque judiciis praeerant. Quibus solis licuit comitum turba circumdari, qui in pace decoris, in bello praesidii instar eos sectabantur. Apud quasdam gentes nulla nisi e stirpe nobili (adalkunni) creatio erat, unde principes theot. kuningâ, anglos. cyningas, island. konûngar appellabantur. Fortissimo autem cuique domo regia vel familia nobili orto fore, ut a popularibus rex deligeretur, sperare licuit***). Quibus rebus quum multis de honoribus adipiscendis concertare concessum sit, omnibusque ingenuis ad principatum, nobilibus ad regnum aditus patuerit, et quum scriptorum testimoniis praecipue procerum nomina memoriae tradita sint, minime mirandum est, quod inter ea plurima ad summam dignitatem spectantia inveniuntur. Iisdem postea nominibus etiam

*) Müllenhoff, Nordalb. Stud. I, 210 sqq. Zur Runenlehre p. 43 sqq. Weinhold, Deutsche Frauen p. 13 sqq.

**) Cf. Taciti Germ. cap. 12.

***) Cf. Waitz. Deutsche Verfassungsgeschichte I, 86—178.

liberti et servi, primitivae sententiae immemores ad suos notandos liberos utebantur.

Antiquissimis jam temporibus illi pagorum vel vicorum antistites, qui Caesari Tacitoque principes vocati sunt, Germanorum nationes rexisse videntur. Ejusdemmodi enim principes apud alias stirpis Indogermanicae gentes prisca aetate regnasse constat. Quorum appellatio sanscritica râj (quod quidem verbum in compositis tantum conservatum est, ut sam-râj, svâ-râj) vel râjan, latina rex (rêc-s), hibernica riagh, righ erat. Quibuscum vocabulis forma goth. reiks congruit. Quo verbo Ulfila ἄρχοντα reddit. Glossatori cuidam Frisingensi etiam Theotiscorum rîchi i. e. rex magnus, tyrannus cognitus est. Superest praeterea vocabulum neutrum theot. rîchi, island. rîki, saxon. rîki, anglos. rîce regnum, imperium. Adjectivum autem goth. reiks (unde reikista ἄρχων, reikista gudja ἀρχιερεύς originem trahunt), island. rîkr, theot. rîchi, saxon. rîki, anglos. rîce generatim atque universe potentem significat. Sed regis potissimum appellationibus apponi solet*). In nominum igitur componendorum loco secundo theot. rîch, saxon. rîk, anglos. rîc semper regis vel principis potestatem habet, loco priore regni sententia mutatur. E grege *Gawirîch* pagensium praesidem, *Rîchwart* regni administratorem indicat.

Alia vetus principis appellatio verbis sanscr. vîçpati, zend. viçpaiti, lit. wieszpatis continentur, quorum pars altera cum vocabulis scr. vêça, lat. vicus, gr. *οἶκος*, goth. veihs, anglos. vîc, sax. wîk, theot. wîch convenit; altera eadem est ac graecum πόσις, -πότης (δεσπότης), gothicum faþs, quod formis bruþfaþs νυμφίος, hundafaþs ἑκατόνταρχος, κεντουρίων, þusundifaþs χιλίαρχος apud Ulfilam exstat. Ex quibus, quum civitates Germanorum antiquissimas centum fundis constitisse certum sit**), hunda-

*) Cf. Hêlj. 2, 18. 116, 15. 114, 22. 136, 8. Otfr. II, 22, 13. V, 20, 30.

**) Cf. Waitz l. l. p. 33.

faþs recte quum centurionem, tum civitatis principem significasse videtur. Utrumque igitur regnantis vocabulum reiks et faþs, sax. FAD nomine saxonico *Faderîko* compositum esse observamus. Neque ab illis vetustis formulis nomen *Wîkrêd* (trad. Corbej. ed. Weigand 268) abhorret. Idem est forma Salisburgensis *Wîchrât*. Gothicum garêdan προνοεῖσθαι, sax. râdan, theot. râtan consilium dare, consulere alicui, quamquam in nostris fontibus generaliter ac universe, non ut anglos. rædan, island. râða praecipue de regis officiis dicitur, tamen e nominibus quibundam et vocabulis inter se collatis hanc potestatem olim habuisse a nobis comprobabitur.

Idem, quod ante dicta nomina, etiam *Haimirîh* (Heimarîch), *Haimwart*, *Heimwalt* (Haimoald, Heimolt) valere videntur, quum verbis goth. haims, gr. κώμη, lit. kaimynas verisimillimum fiat, etiam theotiscae formae heim vici olim sententiam infuisse. Ab illis autem nominibus hypocorisma *Heimo* ortum est.

Quum vici et domus (cf. οἶκος) significationes cognatae sint et altera facillime in alteram transeat, etiam verbum *Hie-rîch* huc trahendum esse putarim, quod olim fuisse efficitur e feminino nomine *Hie-rîca* (trad. Corbej. 231). Quocum haec: *Hîe-mâr* (annal. Lauresham. 478), *Hîu-perht*, *Hîuo-rin* (annal Lauresham. 866, saec. 8) *Hie-tol* (? cf. Tol-man, Tole-bald, Tole-ram) conferri oportet. Derivanda sunt a verbo goth. HEIVS, theot. HÎW quod compositi heivafrauja priore parte continetur et cum vocabulis theotiscis hîwjan uxorem ducere, hîrât, hîwunga nuptiae, matrimonium, familia; hîwisclîh domesticus; mediotheotiscis hîwe conjux, hîwesche familia, gens cohaeret. Heivafrauja apud Ulfilam οἰκοδεσπότην (Marc. XIV, 14) significat; simplici verbo HEIVS domus vim infuisse Leo Meyer nuper demonstravit *).

Prima autem hujus vocabuli sententia et potestas sedis vel habitationis fuisse videtur, quum a radice ki, scr. çi

*) Zeitschr. f. vergl. Sprachf. VI. p. 11.

(cf. $\kappa\epsilon\tilde{\iota}\sigma\vartheta\alpha\iota$) originem duxerit, unde etiam haims et $\kappa\acute{\omega}\mu\eta$ nata sunt. *Hie-rich* igitur eandem, quam *Haimrich* sententiam praebet *).

Quum haec nomina remotissimae aetatis specula sint, ceteris posteriora potissimum tempora, quibus reges majoribus gentibus imperabant, describuntur. Unde hae regnantis appellationes, quibus congruentia nomina adjiciam. Landreki Helgaq. Hundîngsb. I, 32. Eodem verbo utitur Thiodolfus Hvinensis. Skâldskaparm. cap. XLIV. LXIV. landrekr. *Landerich*, *Lantrich* — landfruma Beôv. 31. *Frumirich*, *Frumolt* (= Frumwalt).

Landveard Beôv. 1890. landes ward Hêlj. 19, 4. 30, 17. 68, 18. 100, 2. 113, 20 lands vörðr Skâldskaparm. cap. LIII. *Lantwart*. the landes waldend Hêlj. 50, 21. waldan obar that landskepi Hêlj. 10, 23 **. *Lantwalt* (Landoald). þenden ic vealde vîdan rîces. Beôv. 1859. *Richwalt* (Rîcoald) — réð löndum ok þegnum. Helgaqu. Hundîngsb. I, 10 ***. *Lantrât* (Landrâd) — er fastri ræðr foldu ok þegnum †). Grîpisspâ 1. fyldar (l. foldar) vörðr in stropha Glumo Geirii filio adscripta Skâldskaparm. c. 49; foldvörðr carmine quodam Einari Skalaglami. Skâldskaparm. c. 53. foldar hilmir Hâttatal. 39. *Folderich* — Grundar vörðr Skâldskaparm. cap. 53. jarðrâðendr encomico quodom Eyvindi Skâldaspilleri Heimskr. Har. Grâf. cap. 6. eorðcyning Beôv. 1155. *Irðvold* = *Earðveald* Kemble cod. diplim. Anglos. II, 308 ††).

Gentis appellationi emphaticae irminthiod Hêlj.

*) Quae quum ita sint, haud scio an non temere vel fortuito annalibus Wirzeburgensibus (Monum. Germ. II, 246) nomen *Hie-rich* pro Heinrico (Heimrich) legatur.

**) Theot. waltan, sax. waldan, anglos. vealdan, island. valda (slav. vladiti, sanscr. vṛidh) saepissime de regis officiis dicitur.

***) Cf. njôta landa ok þegna. Brot af Brynhildarqu. 9. — njôta sigrs ok landa Helgaqu. Hundîngsb. I, 55.

†) Cf. *Theganrâd*, Deganrât; *Deganolt* = Deganwalt. —

††) Nomen *Ceólveard*, Kemble I, 228 *Ceólric* ad reges piratas referitur. Cf. kjôla valdi. Hŷmisqu. 19.

10, 20. 31, 6. 33, 3. 41, 17. 53, 24. 67, 13. 80, 21. 81, 1. 87, 13. 102, 3. 127, 11. 142, 10; irmindeot Hildebr. 11 * regia nomina goth. *Airmanareiks* (scriptorum Ermanarîch), theot. *Irminrîch*; anglos. *Eormenrîc*; isl. *Jörmunrekr*; saxon. *Irminward* (Yrmynward trad. Corbej. 261. 292. 384). theot. *Irminwart*; *Irminwalt* (Ermenolt); theot. Irminrât (Ermanrât); saxon. *Irminrêd* trad. Corb. 285. anglos. *Eormenræd* conveniunt.

Imperatori, regi et dynastae appellatio allvaldr communis est, qua soli totius regni sui imperium tenere declarantur**. Allvaldr Helgaqu. Hundîngsb. I, 21. alrîkr ut regem Arnor in encomio Rögnvaldi (Rögnvalds drâpa) appellat. Ἀλλάριχος (Allareiks), *Alarîch*; *Aloard*, *Allold*; ags. *Alurîc* (?) Kemble III, 46.

Thiodcuning Hêlj. 146, 16. 161 4. 167, 9; þeôdcyning Beôv. 2144. 2579. þjôðkonûngr Grîpisspâ 1. Sigurðarqu. III, 35. 36. Guðrûnarhv. 14. Atlaqu. 43. thiodo drohtin Hêlj. 38, 15. 41, 21. 60, 21. 90, 18. 95, 22. 128, 19. 147, 16. 165, 22. Apud Ulfilam Marc. X, 42 legitur vituþ þatei þuggjand reikinon þiudom, gafraujinond im, iþ þai mikilans izê, gavaldand im. *Deôdrêd* (þeôdrêd) Kemble II, 163. 192. 243. goth. *Theuderêd*, theot. *Diotrât*, goth. *þiudareiks* (Theudoricus), theot. *Diotrîch*,

*) Cf. anglos. eormencynn genus humanum (= eorðcynn), eormenstrŷnd progenies gentilis; island. jörmungrund orbis terrarum.

**) V. Skâldskaparm. cap. 64: Keisari, þvî næst konûngr, þar næst jarl, þessir III menn eigu saman þessi heiti öll. Allvaldr, svâ sem hêr er kveðit:

Allvalda kann ek alla
austr ok suðr of flausta
Sveins er sonr at reyna
setr hverjum gram betri.

Novi omnes populorum dominos
ab regione maris in orientem et
meridiem versa. Filius Sveinis
quovis rege usu praestantior est.

Hêr er ok gramr kallaðr, þvî heitir hann allvaldr at hann er einvaldi alls rîkis sîns. (Cf. anglos. ânvalda. *Einwalt*, *Einrîch*, *Einkerich*). Saxonica vocabula alowaldo, alowaldand, anglos. älvalda, ealvalda non nisi de deo solo vel Christo dicuntur. Neque minus Gothicum allvaldands παντοκράτωρα deum declarat. Cor. II, 16, 18.

saxon. *Thiadrîk* (Thiedorîk), anglos. *þeôdrîc*, isl. *þioðrekr*; *Theudoald*, theot. *Dietolt* (Deotolt).

Folccyning. Beôv. 2733. folccuning Hêlj. 161, 1. folces hyrde and healdend Cädm. Gen. 2315. folces hyrde Beôv. 610. fôlka herðir Hâttat. c. 37. folco drohtin Hêlj. 13, 11. 67, 9. 174, 21. fylkir *Fulcrîch*, sax. *Folcrîk*. se þe ær folce veôld. Beôv. 2595. *Fulcuald* (*Folcolt*) *Folcwald* in tabulis genealogicis Westsaxonum. folces veard. Beôv. 2513. Cädm. Gen. 2666. fôlkvörðr. Guðrûnarqu. II, 6. vörðr landfôlks Skâldskaparm. cap. 53. landfôlks gætir stropha XVI carminis radii (geisli) Einar Sculii filius cecinit. *Folcwart*. fôlki râða. Sigurðarq. III, 18. *Fulcrâd, Folchrât*.

Liudeo ward Hêlj. 29, 21 cuning thero liudio Hêlj. 22, 8. leôdcyning Beôv. 54. *Liutwart*, sax. Liudward; *Liutrîch*, sax. Liudrîk; *Leudowald* (Liutolt). *Liutrât*, sax. Liudrâd. Cf. ags. *Dryhtweald*. Kemble II, 76. 88. theot. *Dructoald*.

Gumna stjôri Grîpisspâ 1. gumdryhten Beôv. 1642. (Cf. dryhtguma Beôv. 1790. thiodgumo Hêlj. 29, 13. 78, 24. 85, 11) *Gumarîch*.

Fîra gætir hominum custos. Hâttat. 13. firiho drohtin Hêlj. 59, 20. 128, 23. manno drohtin Hêlj. 12, 3. 25, 17. Mandryhten Beôv. 436. 203 S. Mandrohtin Hêlj. 37, 3. Skâldskaparm. c. 53: En sû kennîng, er âðr var rituð, at kalla Krist konûng manna, þâ kennîng mâ eiga hverr konûngr. *Manrîch*, *Manolt*.

Praeter regnum dominantibus copiosum erat fundorum aediumque patrimonium. Unde gothica appellatio „gardavaldands“ Marc. XIV, 14 orta est, quacum nomina *Gerdward*, *Gardrât* congruunt. Nobiles Visigothorum Gardingôs denominatos esse, memoriae traditum est; neque minus nomen *Garding* (Gardiggs) ep. Tudens. conc. Tolet. a. 589 reperitur.

Yrfeveard Cädm. Gen. 2183. 2230. Beôv. 2453. erbiward Hêlj. 3, 4. 8. 5, 4. 6, 12. 17, 18.23, 8. erfivörðr Atlaqu. 12. Guðrûnarhv. 14.

Ôl ek mêr jôð
erfivörðu
erfivörðu
Jônakrs sonum.

Guðrûnarhv. 14. râða arfi Atlaqu. 11. lâstveard. Beôv. 400. *Erbiward*, *Erboard*, *Arbio*, *Erbio*. Minime autem cum Ernesto Foerstemanno nomen Erfrât, Erpfrât huc referas velim, quum fuscum regem, vel consiliarium declaret.

Êdelcyning Cod. exon. 162, 15. Eald êðelveard. Beôv. 1702. 2210*). isl. ôdalsmaðr dominus allodialis. *Eðelveard* Kemble I, 41. *Eðelrêd* Kemble I, 41. *Eðelrîc* ibid. *Uadalwart. Uodalrîch. Odelold. Uodalrât.* auði stŷra Sigurðarqu. III, 16 auðlîngr. *Eádveard* K. III, 353. *Eádveald* K. I, 36. *EádrîcK*. II, 171. 340; franc. *Audrîch*, sax. *Ôdrîk*, franc. *Audwald*, theot. *Ôtolt*, sax. *Ôdold*. *Auderâd*; sax. *Ôdrêd* **).

Burgesward. Helj. 151, 7. *Burhrîc* Kemble II, 183. theot. *Puruc-wart. Burgoald.* Rêð hann âtjân bûum. Rîgsm. 35. *Burgrêd* Kemble I, 34. *Purcrât. Bûrwalt.* hûsgumi Guðrûnargu. I, 10. *Hûswart. Hûsmunt.* Cfr. Rîgsm. 33.

þann bað hann eignask
ôðalvöllu
ôðalvöllu
aldnar byggðir.

Rîgsm. 45:

Â Danr ok Danpr
dŷrar hallir
oeðra ôðal
en þêr hafit.

Seleveard Beôv. 667. *Selrêd* K. I, 54. *Salârat.* Inter pulcherrimas veteris poeseos formulas numerandum est,

*) Cfr. verba: êðelseld, êðelstadol domicilium avitum. êðelmearc praedii limes. êðelland patria. êðeleard patria. êðelstôl thronus. êðelvynn praediti avii gaudium. isl. ôdal allodium, praedium, haereditarium. ôdalsjörð praedium hereditarium. theot. uodal patrimonium, patria. fateruodel patrimonium, patria.

**) Cf. isl. audr m. opes, divitiae. sax. ôd. bonum possessio, hereditam opes. anglos. eâd possessio, opes.


quod princeps populi praesidium appellatur: helm Scylfinga. Beôv. 2381. Vedra helm 2462. lidmanna helm 1623. *Lantelm*, *Landelhelm*, *Liuthelm*, *Thiothelm*, *Leuthelm*, *Fulchelm*, *Drochtelm*, *Richelm*; *Adelhelm*, *Frôhelm*. Vox Germanica helm a radice car tegere *) derivata est et cum sanscritica carman (quam praesidium declarat), graeca *πέλματ* congruit. Propria igitur et prima hujus verbi significatio tegumenti, praesidii est, secunda cassidis. Poetice autem imprimis de coelo vel de rebus coelestibus dicitur. Ut Beôv. 1789: Nihthelm gesvearc. Ibidem 649 sqq: siððan hie sunnan leôht geseôn meahton, ôð þe nîpende niht ofer ealle scaduhelma gesceapu scrîðan cvôman van under volcnum. Codice Exoniensi 47 etiam misthelm caliginis operculum legitur. Carmine eddico Alvîsmâl v. 19. coelum nubilum hjâlmr huliðs, Helgaqu. Hundîngsb. II, 47. coelum, mortuorum habitaculum, vindhjâlmr appellatum est. Quibus verbis tegumenti solum, non cassidis notio inest, quamquam et Graeci coelum quasi galeam intuebantur, ut hymno Homerico in Solem composito (vv. 7—13) apparet

— — —'Ηέλιον τ' ἀκάμαντ' ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν
ὅς φαίνει θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσιν
ἵπποις ἐμβεβάως· σμερδνὸν δ' ὅγε δέρκεται ὄσσοις
χρυσέης ἐκ κόρυθος, λαμπραὶ δ' ἀκτῖνες ἀπ' αὐτοῦ
αἰγλῆεν στίλβουσι, παρὰ κροτάφων τε παρειαὶ
λαμπραὶ ἀπὸ κρατὸς χαρίεν κατέχουσι πρόσωπον
τηλαυγές . . .

Quae quum ita sint e coelo orbem tegente deorum omnia custodientium significatio arcessita est, ita ut hoc modo numen divinum denominari animadvertamus: helm vera; veoruda helm; helm älvihta; gâsta helm; heofona helm; vuldres helm; dryhtfolca helm **).

*) Unde etiam latina verba corium et calceus; hibern. croi-cionn = coircion.

**) V. Weinhold, Spicilegium formularum p. 14.



Inde appellationem regiam helm petitam esse, e nomine *Anshelm* (cf. Anserîch, ags. Ôsrîc, Answart, Answalt, ags. Ôsveald; Ansrât ags. Ôsrêd) apparet, quod is, qui deorum similis rei publicae praesidet, declarare videtur.

Omnes quidem populares in principis tutela sunt, sed praecipue comites patrimonio ejus fruuntur, qui mutua cum eo fide conjuncti sunt. Rex igitur satellitum amicus, satellites regis amici apellantur. Bello reges ut cohortem virtute antecederent enisi sunt, comites ducem aemulabantur. „Jam vero infame in omnem vitam ac probrosum superstitem principi suo ex acie recessisse; illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriae ejus assignare praecipuum sacramentum est, principes pro victoria pugnant, comites pro principe“ *). Unde vel maxime principi omnes virorum fortium denominationes debentur. Victoria reportata comites pro suis quisque meritis munera accipiunt. „Exigunt enim principis sua liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam“ **). Posteriore tempore reges aureorum annulorum potissimum distributores celebrati sunt. Pace in mediis comitibus princeps sedet, cantu et potione delectatus; vel equo per regnum vectus, conventum agit et judicia exercet. Unde haec appellationum et nominum specimina oriunda sunt:

Erlo drohtin Hêlj. 31, 2. eorla drihten Beôv. 1050. Judith 23. eorla hleô Beôv. 1967. *Erlewold*, *Erlolt*; *Erloard* Hordveard häleda 1852 *Halidrîch*. gotna vinr Hâtt. 11. vinr drengja Hâtt. 14. vine Scyldinga Beôv. 30. vinedryhten Beôv. 862. 2722. Jud. 274. Goldvine gumena Beôv. 1171. Jud. 23. freâdrihten Beôv. 2627. freâvine folces Beôv. 2357. *Folcvine* Kemble I, 115. *Bregovin* K. I, 130. *Hringvine* K. I, 133. *Helidwîn*, *Erlwîn*, *Druetuin*, *Liutwîn*, *Landwîn*, *Frôrîch*, *Frôwin* (e feminino Frôwini concludendum) ealdor þegna Beôv. 1644. *Deganolt*, *Deganrât*. Gûðveard gumena Cädm. exod. 174. Gûðcyning Beôv. 1969. 2677. Gûðrinc

*) Tac. Germ. c. 14.

**) Tac. l. l.

Beôv. 1881. *Gûðrêd* K. I, 60. *Gunderîc*, *Guntrîch*. *Guntwart*. Gundowald. *Hiltirîch*, Hiltiwart, Hiltwald, *Hadurîk*, ags. Heaðorîc; Haduwald, Haduwart; *Paturîch*, sax. Badward, Paturât. gunnsnarr Hâttat. 84. *Snellrîch*. *Snarunc*, *Snellunc*. herges vîsa Cädm. exod. 13. âlfa vîsi Völunðarqu. 30. *Fulchoîs*, *Leodoîs*, *Teudoîs*, *Wîsirîch*.

Herkonûngr ags. herevæða, herevîsa *Hereveard* K. I, 125. *Hariward*, *Herewart*; *Hariwalt* (Chariowalda), *Harirîch*, *Herrîch*. allimkill hermaðr Helgaqu. Hjörvardssonar. *Hariman*, Heriman. herglötuðr Sigurdrîfum. 18. herbaldr Sigurðarqu. III, 18. *Haribalt*. *Heribalt*. *Herinand* — Harðmôðgr Atlaqu. 13. *Hartmuot*. böðharðr Hâttat. 74. se hearda Beôv. 401. *Baduhart*, *Hiltihart*. berharðr Atlaqu. 38. *Bernhart*. vîkîngr Dana. Helvreið Brynhildar 11 *Wîking*. hildîngr Helgaqu. Hjörv. 18. *Hiltinc*, *Badunc*. Eodem modo nomina Barding, Bruning, Rantinc, Ortunc, Sciltunc, Sahsinc, Sârunnc, Gêrinc, Gîsalunc formata sunt, quibus ags. Billing, sax. Billung adnumerandum est. Quod nomen a verbo bil derivatum esse puto, cujus potestas „securis". Unde composita hildebil, gûðbil, vîgbil securim bellicam significantia. Aliam sane Grimmius sententiam protulit (Myth.[2] 247). Sigecyning Cädm. exod. 172. Sigedryhten VS. 104. siklîngr. *Sigiveald* K. I, 36. *Sigerêd* K. III, 308. *Sigeveard* K. III, 284. *Sigiwalt*, *Sigirich*, *Sigiwart* Grim. cyning. Deôr 23. *Grimwalt*, *Grimrîh*. þâm væpnum vealdan Beôv. 2038. *Eascveald* K. I, 58. Ascolt. *Gîsloald*, *Îsinolt*. Nîðheard cyning, Beôv. 2417. 2170 gûðheard El. 204. *Nîthart, Gundhart*.

Hilmir Helgaqu. Hjörvardss. 6. hiâlmstafr Sigurðarqu. II, 22. hiâlmtŷr 32. *Helmpëraht*. *Helmrîch*. *Helmolt*. Varga vinr Helgaqu. Hundîngsb. I, 6. *Wolfwîn*.

Siklîngr glaðr Helgaqu. II, 12. Gylfi hinn glaðværi. Eyvindus Skâldaspillir in Hâkonarm. glaðr konûngr Grîpisspâ 3. glaðr ræsir Hâttat. 17. *Blîdirîch*. *Blîdoald*. *Blîdrât*.

Dŷrr konûngr Fafnism. 41. mâri þiodan Hêlj. 8, 14. mære þeôden Beôv. 129. 345. mâri drohtin Hêlj. 71, 10.

133. 24. mære Deniga freâ Beôv. 271. mærîngr Skâldskaparm. 64. folcum gefræge Beôv. 55. folcum gecŷðed Beôv. 262. *Brhtrêd* K. I, 36. *Beorhtweald* K. I, 56. *Folcberht* K. I, 149. *Foldbriht* K. I, 83. 91. theot. *Folcpëraht. Folcmêr* K. III, 46. theot. *Folcmâr. Alipëraht. Landoberht. Liutpëraht. Landamâr. Fuldoîn.*

Leôf þeôðen Beôv. 34. leôf leôdcyning Beôv. 54. ädelum diôr. Beôv. 1949. *Leôfvine* K. II, 409. *Leôfa* K. II, 353. *Leôfric* K. II, 353. III, 280. Leôfsige III, 301. *Deôrnôð* K. II, 253. *Deôra* K. I, 148. 173. franc. *Deorowald. Liupwîn. Liupwart. Liuprîch. Liuprât.* hollr hoddspennir hollr gramr Hâttat. 18. holdvine Beôv. 376. *Huldrâda.* heilrâðr konûngr: Helgaqu. Hvss. 10. *Heilrât. Heilrîch. Heilmunt. Heilwart.*

Auðtŷr Hâtt. 48. sax. *Ôdric* hoddstikklandi Hâtt. 39. beâhhorda veard. Beôv. 921. Menvörðr Atlaqu. 30. hordveard Beôv. 1852. *Hortwart. Hordolt. Audoard.* Goldvine gumena Beôv. 1171. *Hortwin.* Baugadeilir Oddrûnargr. 21. beâga brytta Beôv. 35. spillîr bauga Fafnism. 32. þe us þâs beâgas geaf Beôv. 2635. *Beâgmund* K. I, 285. 295. *Beâgsvîð* K. I, 50.

Mildîngr Skâldskaparm. 64. auðmildr Hâttat. 11. fêmildr Hâttat. 39. hrîngmildr ibid. 47. *Miltunc. Mildrêd.* K. I, 145. Hringas dælan Beôv. 1970. sceattas dælde Beôv. 1686. sverða deilir Oddrûnargr. 33, goth. *Daila,* sax. *Dêlrîk* (?). — Auðgjafi Hâttat. 13. Gjöfull af gulli Grîpisspâ 7. vilgeofa Beôv. 2900. goldgifa Beôv. 2652. *Gebrêd* K. I, 50. *Gebmund* K. I, 41. *Keparât. Gebald. Gebawîn. Geboard. Gibirîch. Willirîch. Willirât. Willahelm.* cf. vilgesveoster.

ölreifr Atlaqu. 37. *Beorald.*

Se þe sô sôð and riht fremeð on folce Beôv. 1700. sax. *Sôdwerk* theot. *Sandrîh, Sandarât, Sandolt.* Visigoth *Sunierícus, Sunierêd.* cf. *Sandrid. Landarit Tuomrîch. Dumerit (??)*

Quamvis pauca tantum e magna verborum et nominum interse congruentium copia hoc loco attulere licuerit, id certe, credo, collectiuncula nostra, quaecunque est, efficitur, hac sola via, quam primus Carolus Müllenhoff iniit, antiquissimae nostrae gentis nomina propria illustratum iri. Speramus fore, ut brevi tempore reperiantur, qui satis eruditi huicce literarum disciplinae in omnes partes operam dent.

